

De bello gallico Buch 3.1

Cum in Italiam proficisceretur Caesar, Ser. Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuatis, Veragros Sedunosque misit, qui a finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent. causa mittendi fuit, quod iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum portoriis mercatores ire consueverant, patefieri volebat. huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in his locis legionem hiemandi causa conlocaret. Galba secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta constituit cohortes duas in Nantuatibus conlocare et ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus, hiemare. qui vicus positus in valle, non magna adiecta planitie, altissimis montibus undique continetur. cum hic in duas partes flumine divideretur, alteram partem eius vici Gallis ad hiemandum concessit, alteram vacuum ab his relictam cohortibus attribuit. eum locum vallo fossaque munivit.

1.kolometrische Schreibweise

Cum in Italiam proficisceretur Caesar,
Ser. Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuatis,
Veragros Sedunosque misit,
qui a finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent.

causa mittendi fuit,
quod iter per Alpes,
quo magno cum periculo magnisque cum portoriis mercatores ire consueverant,
patefieri volebat.

huic permisit,
si opus esse arbitraretur,
uti in his locis legionem hiemandi causa conlocaret.

Galba secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis,
missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta constituit cohortes duas in Nantuatibus conlocare et ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in vico Veragrorum,
qui appellatur Octodurus,
hiemare.

qui vicus positus in valle,
non magna adiecta planitie,
altissimis montibus undique continetur.

cum hic in duas partes flumine divideretur,
alteram partem eius vici Gallis ad hiemandum concessit,
alteram vacuum ab his relictam cohortibus attribuit.

eum locum vallo fossaque munivit.

2.Erste Markierung der Verbformen

Cum in Italiam **proficisceretur** Caesar,
Ser. Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuatis,
Veragros Sedunosque **misit**,
qui a finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes **pertinent**.

causa **mittendi fuit**,
quod iter per Alpes,

quo magno cum periculo magnisque cum portoriis mercatores ire **consueverant**,
patefieri volebat.

huic **permisit**,
si opus **esse arbitraretur**,
uti in his locis legionem hiemandi causa **conlocaret**.

Galba secundis aliquot proeliis **factis** et castellis compluribus eorum **expugnatis**,
PPPimABL

missis ad eum undique legatis et obsidibus **dati** et pace **facta constituit**
cohortes duas in Nantuatibus **conlocare** et ipse cum reliquis eius legionis
cohortibus in vico Veragrorum,
qui **appellatur** Octodurus,
hiemare.

qui vicus positus in valle,
non magna **adiecta** planitie, **PPPimABL**
altissimis montibus undique **continetur**.

cum hic in duas partes flumine **divideretur**,
alteram partem eius vici Gallis ad hiemandum **concessit**,
alteram vacuum ab his relictam cohortibus **attribuit**.

eum locum vallo fossaque **munivit**.

3. Präpositionen mit (mindestens) einem weiteren Wort